Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

habebant autem tunc uinctum insignem qui dicebatur
barrabas · Congregatis ergo illis dixit pilatus · Quem uultis dimit
tam uobis barraban an ihm qui dicitur xpc · Sciebat enim
quod pinuidiam tradidissent eum · Sedente autem illo pro
tribunali · misit ad illum uxor eius dicens · Nichil tibi & iusto
illi · multa enim passa sum hodie propter eum · Prin
cipes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis ut
peterent barraban · ihm uero perderent · Respondens autem
preses ait illis · Quem uultis uobis de duobus dimitti · Illi
dixerunt · Barraban · Dicit illis pilatus · Quid ergo faciam
de ihu qui dr xpc · Dicunt omnes · Crucifigatur · Ait illis
pilatus · Quid enim mali fecit · At illi magis clamabant
dicentes · Crucifigatur · Videns autem pilatus quia nichil
proficeret · sed magis tumultus fieret · accepta aqua lauit manus
coram populo dicens · Innocens ego sum a sanguine iusti hui
us · uideritis · Et respondens uniuersus populus dixit · Sanguis
eius super nos · & super filios nostros · Tunc dimisit illis barraban ·
ihm autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur ·
hec narrauit matheus · p pilatum gesta de ihu · Marcus quoq;
penecisdem uerbis & rebus concinit · uerba autem pilati quib;
respondit populo petenti ut solli empniter unus uinctus dimit
teretur · ita refert · Pilatus autem respondit eis & dixit · Vultis
dimittam uobis regem iudeorum · Matheus autem sic ait · Con
gregatis ergo illis · dixit pilatus · Quem uultis dimittam
uobis · barraban an ihm qui dr xpc · Nulla questio est qd
tacet ipsos petisse ut aliquis eis dimitteretur · Sed queri potest
que uerba pilatus dixerit utrum que a matheo an que a
marco referuntur · Aliud enim uidetur esse quod uultis di
mittam uobis · barraban · an ihm qui dr xpc · aliud multis